Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/292727

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GERARDUS ANTHONY VISSCHER,
Ultrajectinus.

A. D. III M. JUNII, ANNI MDCCCLIX, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD C. BIELEVELT.
MDCCCLIX.

III.

Non facio cum KLENZE (Zeitschrift für Gesch. Rechtswissenschaft, VI, 72) „interveniente osculo" in L. 16 Cod. de don. ante nuptias, cognationem indicare.

IV.

Qui per errorem indebitum solvit, unice potest condicere non vindicare, nec obstat L. 2 § 1 D. de usufructu.

V.

Si conditionis potestativae eventus sive ante sive post mortem testatoris casu impeditur, minime pro impleta habetur.

VI.

A parte ejus, qui rescissionem contractus petit, non requiritur praecedens solutio vel oblatio.

VII.

Obligatio heredum de evictione praestanda est dividua.

VIII.

Hypotheca pro credito futuro, quae concessa est ei, qui promisit se alteri e. g. mutuum daturum esse, demum valet a die, quo mutuum datum est, sed creditor sibi cavere potest stipulando poenam hypotheca munitam a debitore futuro, si praedium alienaverit vel obligaverit antequam pecuniam, quam ei debiturus est, solverit.

IX.

Conjux alteri succedere vel ejus injuriam vindicare potest, licet locum habeat separatio tori et mensae.

X.

Venditio rei alienae jure nostro eodem modo judicatur, atque in jure Romano.

XI.

Donationis ex art. 231 C. C. transitus restringi nequit ad *unum* ex donatarii praedefuncti liberis.

XII.

Art. 670 C. C. non suo loco in codice insertus, sed art. 669 C. C. anteponendus est.

XIII.

Dominium literarum cambialium indossamento transferri potest, licet trassatus decoctor sit declaratus.

XIV.

Adpellatio fieri potest a sententia, qua homologatio *concordatus* est concessa vel negata.

XV.

Graphiarius pagani judicis non prohibetur art. 787, 2 C. M., curator esse.

XVI.

Art. 136 C. M. non continet praesumptionem juris et de jure; igitur non excludit vindicationem rescissoriam ex art. 243 C. M.

XVII.

Rei vindicationem rescissoriam loco secundi venditoris ex art. 238 C. M. primus venditor instituere posse videtur.

XVIII.

Carceris custodia solitaria etiam in reatu probanda videtur.

XIX.

Poena sancienda est in conatum abortus, in quem mulier consensum non dedit.

XX.

Nimis dura est sententia LEYSERI: „inter omnes

Ictos. quotquot unquam consiliis principum adhibiti sunt, nulli ineptiores fuerunt iis, per quos CAROLUS V Imp. suas de criminibus leges compilavit: exegerunt illi monumentum inscitiae suae, inertiae, indiligentiae aere perennius, quod nulla unquam deletura est vetustas, totum hoc jus mancum, mutilum, obscurum et sibi contrarium est.

XXI.

Curia in adpellatione causae correctionalis testes, qui in prima instantia non intervenerunt, audire debet.

XXII.

Contra voluntatem mulieris perforationem praeferentis, sectio caesarea a medicis fieri nequit.

XXIII.

Tam defraudatio, quam contraventio ratione vectigalium municipalium punitur ex art. 271 et 272 legis municipalis.

XXIV.

Het zoude ondoelmatig zijn ter beteugeling van het pauperismus het aangaan van huwelijken te beperken.

XXV.

Verbodswetten omtrent het smelten van gemunt geld en het uitvoeren van edel metaal zijn noch doeltreffend, noch regtmatig.

XXVI.

De leer der Physiocraten steunt op valsche beginselen.